

Aduertencias para

contrariantur dicto Concilio approbavit & confirmavit Sessione. 25. de Reformatione, ca. 22. vbi dicit. In ceteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia & facultates, quæ ipsorum personas loca, & iura concernunt, firma sint, & illæsa. Hoc Concilium auctoritate Apostolica confirmavit Pius. 5. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, septimo Kalendas Februarij, Pontificatus sui anno 5. Confirmationis Bulla incipit, Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi. &c. quæ habetur in Concilio Tridentino, post vltimam Sessionem.

- 2 ¶ Idem Pontifex tertio decimo Kalend. Martij, Incarnationis Dñice anno. 1565. Pontificatus sui anno. 6. in Bulla quæ incipit: In Principis Apostolorum Sede. &c. quæ habetur etiam vbi supra. Motu proprio & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, omnia & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes conseruatorias, indulta Confessionalia, Maremagnum, & alias gratias concessas, tam Cathedralibus etiam Metropolitanis, quàm